Ad circumspectos, atq; probatę fidei viros Nicolaum
& Andream Salomones ciues cracouień, de armis
ob virtutē maioribus suis concessis, quibus
& ipsi merito gaudent Carmen Vlde-
richi Fabri Rheti.

OMnibus vna licet generis sit origo, scelesta &
Degener vt nemo, quem nisi vita facit.
Si inspicimus nostrę fragilis primordia vitę,
Est genitor cunctis vnus, & vna parens.
Sed tamen in primis refert quo sanguine cretus
Quilibet, ac proprium nunc genus vnde trahat.
Pulchra suis virtus veniens, meritisq; parentum
Efficit ingenuum, & clarior ortus aui.
Quem penes est virtus nemo hoc generosior illo,
Hec hominum terris tollit ad astra genus.
Re sine/ qui falsos numerat, seu nomine tantum/
Ipse malus, titulos, nil prope laudis habet.
Nil quasi laudis habet, nomen sed iactat inane
Degenerans, vicia & detegit vsq; sua.
Bellica quem virtus ornat, quem splendor auitę
Stirpis, & ingenium, cum probitate simul.
Qui foris, atq; intus, factis, animoq; relucet,
Hic titulum verę nobilitatis habet.
Marius, & Cęsar, Magnus, Sic Scipio, Cocles,
Sic Fabij gestis enituere suis,
Sic quoq; de nitido Salomonū stemmate nati
Nobilium proceres commeruere decus.
Splendida Sarmatię gererent insignia gentis,
Hęc sunt virtutis pręmia certa suę.
Arma togę bene conueniunt, Martiq; cruento,
Tempore sunt omni fortibus apta viris.

En ales niue candidior, phœboq; dicata,
Flebilibus numeris quę sua fata canit.
Belliger hinc nigro sonipes stat tegmine cinctus,
Qua sinit instructos scandere sœpe viros.
Cernimus & galeam cristis, treisq; ęre nitentes
Hastas, diuersum quodlibet vnde notat.
Candorem tibi signat olor, mentemq; pudicam,
Hastę animos fortes, munera Martis equus.



OPERA.

MLXXIII

Dionisij Afri ambitus orbis: Rufo Festo Auieno paraphraste: castigatissime impressus.

Pellegente ⁊ cōferente proba exēplaria/ Joachimo Vadiano Heluetio: qui partim alioꝝ iudicio / partim suo studio ⁊ diligentia/ pleraqꝫ loca/ que antehac viciosissime impressa erant: in cōmunem studiosorū vtilitatem restituit: obseruata clausularum carminūqꝫ exacta distinctione: vt iam vel mediocriter eruditi: ex Auieno studio etiam priuato/ proficere abūde possint.

a

Dionisij Periegesis.i.ambitus Orbis. Rufo Festo Auieno interprete.

QVa protenta iacent vaste diuortia terre:
Et qua precipiti voluuntur prona meatu
Flumina ꝑ terras/ q̄ priscis indyta muris
Oppida nituntur: genus hoc procul omne animantū
Qua colit/ Aonijs perget stilus impiger oris:
Ardua res muse/ deus en deus intrat Apollo
Pectora fatidice quatiens penetralia Cirrhe:
Pierides toto celeres Helicone venite/
Concinat & Phebo vester chorus/ oceanumq̄
Carminis auspicium primum memorate Camene.
¶ Oceani nam terra salo precingitur omnis/
Parua vt ceruleo caput effert insula ponto/
Nec tamen extremo teres est situs vndiq̄ in orbe
Qua colitur populis/ qua tellus paret aratro/
Sed matutino qua celum sole rubescit
Latior/ accisi curuantur cespitis arua:
Cetera protentus: Tria sunt confinia terre
Vnius: est primum Libye/ Europeq̄ Asieq̄.
Aequore ab Hesperio qua se salis insinuat vis/
Terrarumq̄ cauis illabitur arduus Atlas
Qua iuga celsa tument/ Libye sese explicat ora:
Finis huic Gades: septenaq̄ gurgite vasto
Ora procul Nili Phariorum vbi gleba recumbit
Et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.
Europeq̄ dehinc leuum est latus: At procul ambas

Vna Asia inclinans/ geminis se cornibus vrget
Desuper / ac rupti diuortia continet orbis.
Europam atq; Asiam Tanais disterminat amnis/
Hic se Sarmaticis euoluens finibus / alta
(Scissus Araxeo prius equore/iam suus) vnda
Effluit in Scythiam/procul hinc Meotida Tethin
Intrat ꝛ inserto freta pellit vasta fluento/
Ismaricisq; riget semper flabris Aquilonis.
At qua piscosi gurges strepit Hellesponti
Vis obliqua sali tepidum procumbit in Austrum
Terrarumq; trium modus est mari / donec in alti
Ora procul Nili late Tethis efflua serpat.
Altera pars orbem telluris limite findit:
Cespes terga iacens Asie succedit in oras
Immensusq; mari protenditur: hic latus arctans
Caspia contingit freta desuper/ atq; tumenti
Proximus Euxino est/Asiam conterminus iste
Europamq; secat: Tellus sese altera in Austrum
Porrigit insertoq; sinus intersecat agro
Nam sinus hic Arabum / sinus hic Aegyptius vnda
Aestuat/ꝛ Libycis Asiam discernit ab oris/
Sic diuersa fuit sententia rite quis orbi
Limes haberetur. Totum hoc circumlatrat estus
Et maris infesti moles ligat: Vna furenti
Natura est pelago/pelagi sed nomina mille
Aequor vt innumeris terrarum admouerit oris:
Qua se blanda satis intendunt flabra Fauoni
Hesperium oceano mare terras intrat ab alto.

Axe Lyaconie rursum facis/ atq; vbi dura
Belligeratores nutrit tellus Arimaspos/
Nomine Saturni late iacet equoris vnda.
Hic densata sali stant marmora/pigraq; ponti
Se natura tenet/nunquam ruit effluus humor/
Mortuus hic Graio perhibetur gurges in vsu:
Deniq; q lento stupeat plaga salsa profundo/
Vel q sole carens pars orbis tetra rigescat/
Vix hebes has oras ardor Titanius intrat/
Vix euecta dies illuminat/omneq; late
Pingue tenebrosa celum subtexitur ethra.
At qua prima dies rutilo sustollitur ortu/
Aureus & tremulas late rubor inficit vndas/
Eoum pelagus freta dicunt Indica ponti.
Propter/ Erythrei tenduntur dorsa profundi:
Aethiopumq; salum diffunditur / hic Notus ethram
Vrit & hic estu radiorum Phebus anhelo
Arua coquit/sterilis regio est & inhospita late
Aret humus/ casseq; solo torrentur arene.
Oceanus sic cuncta vago complectitur estu
Vndiq; sic vnus terras interminus ambit/
Innumerosq; sinus cauat inlabentibus vndis
Desuper: E multis celebri sub nomine tantum
Quatuor/ infuso late sale terga dehiscunt:
Primus in orbe sinus vasti maris equora gignit
Gurgitis Hesperij/procul hic protentus in oras
Faucibus a Libycis estum trahit/atq; vbi letam
Cespite sub pingui pandit Pamphilia glebam

Deficit/⁊ curua sinuatur littoris ora.
Alter item est primo breuior maiorq; duobus/
Hic prolapsus aquas Boreali fusus ab alto
Terga procelloso turgescit Caspia fluctu/
Hyrcanū hoc pelagus pars nominat: hinc duo rursum
Ora patent ponti/geminus sinus equoris intrat
Telluremq; cauat qua se notus axe tepenti
Erigit/horum vnus vada longe Persica fundit/
Caspia conuersus procul in freta/porrigiturq;
Quartus Arabs/tumet hic rapido per aperta fluentō
Euxinumq; salum videt eminus: En tibi rursum
Aequoris Hesperij tractus loquar/istius vnda
Lambit terga soli qua se vagus explicat orbis:
Nam vel ceruleo loca circumplectitur estu/
Vel celso demissa iugo confinia radit
Menia/vel fusi perstringit gurgite ponti:
In zephirum tellus extenditur/oraq; terre
Vltima proceras subducit in astra columnas:
Hic modus est orbis Gadir locus/hic tumet Atlas
Arduus: hic duro torquetur cardine celum/
Hic circumfusis vestitur nubibus axis/
Et primum ruptas se pontus Hibericus illinc
Inserit in terras/caput autem principiumq;
Europe ⁊ Libye est/medijs infunditur oris
Intrepitq; salum/scopuli stant ardui vtrinq;
Vnus in Europam/in Libyam procul aspicit alter:
Sic discreta freto procera cacumina celsis
Emicuere iugis/sic intrant saxa profundum

Sic subeunt nubes/sic celum vertice fulcit
Maura Abyla/ꝛ doꝛso consurgit Hiberica Calpe:
Gallicus hinc estus prouoluitur/hunc super vrbem
Massyliam gens Graia colit Lygurumqꝫ tumescit
Aequoꝛ/ꝛ indomito tellus iacet Jtala regno:
Ausonis hec regio est/pubi genus ab Joue summo.
Qua se flabra trucis Boꝛee per inhospita terre
Eructant celo/populis caput Eneadarum est:
Alba dehinc cautes est terminus/hic freta propter
Trinacrie summi consurgit littoꝛis oꝛa:
Euoluuntur item vada fusi cerula ponti/
Insula qua Cyrnus fluctu madet illidente/
Littoꝛis austriferi protendens latius vndam:
Sardiniamqꝫ dehinc moles circumflua cingit
Aequoꝛis/ꝛ cano spumant freta concita fluctu:
Hinc Tyrrhena sali sunt agmina/qua Notus axem
Humidus inclinat/quą lux se rursus eoa
Emergit pelago Siculi maris estuat vnda/
Obliquumqꝫ quatit gurges protentioꝛ altum
Vsqꝫ in saxosi Pachyni iuga/plurimus inde
In Cretam trahitur ponti tumoꝛ/hic procul ingens
Jnclinat rupes sese obuia fluctibus altis/
Jngreditur pelagus Goꝛthynia menia iuxta/
Ac procumbentis sola propter pinguia Phesti
Prona mari cautes extenditur/vt ferus oꝛa
Est aries vltroqꝫ minax petit obuia fronte:
Deniqꝫ sic olli nomen prioꝛ indidit etas.
Nec minus Jtaliam coꝛnu prospectat acuti

Littoris ⁊ rapidi perflatur Iapygis ortu.
Hinc se rursus aquis Adriatica marmora fundunt
In Boream Zephyrumqꝫ dehinc deflexa parumper
Alta petunt/rauco penitus repentia fluctu:
Hic sinus Ionius curuatur littoris acta
Cespitis ⁊ gemini tellus irrumpitur alto/
Nam qua ceruleis pontus sese inserit vndis
Illyris in dextris pandit regionibus agros/
Aemathiamqꝫ super sulcat genus acre virorum:
Ausonidum leua est/hic longo cespite tellus
Funditur/⁊ varia populorum pube domatur.
Arua soli trina hec pelagi circumtonat vnda/
Nam qua se zephyri sustollunt flabra/profundum
Tirrheni est pelagi/qua se Notus erigit ethra
Sicanium late fluitat mare/qua procul autem
Spirat ab Eois pulcher regionibus Eurus/
Ionij sunt terga sali: sic Itala tellus
At circumfusis latus amplum lambitur vndis.
Efflua post Siculi moles euoluitur alti/
Inqꝫ Notum late vada ponti cerula serpunt/
Donec harenosas attollant equora Syrtes
Insidumqꝫ rati tenuent mare: languida quippe
Aequore iam fesso sese trahit vnda per ambas
Montibus ab Siculis:capit autem prona meatum
Creteisqꝫ iugis vix Syrtes inter oberrans
Partior/⁊ tenui pretexens ima fluento.
Rursus ab Idea Salmonide porrigit equor
Se geminum:naute Pharium dixere profundum

Quod procul in Casie vergit confinia cautis/
Sidoniisque dehinc late salis estuat vnda/
Issicus immodico donec sinus ore patescit/
Aequoris et nostri sit terminus/arua vbi late
Pinguia proceris Cilicum versantur aratris/
Curua salo forma est hinc sese marmora ponti
In Zephirum torquent/ac flexu lubricus errat
Gurges et excesas inlabitur vnda lacunas/
Sic virosarum prolixa volumina sese
Sponte Cerastarum facili sub viscere curuant:
Sic spiras crebro sinuat draco/seque vel orbe
Colligit inclinans/vel pronis agmina longe
Tractibus absoluit / stridet nemus vndique totum
Pestifero afflatu:serpens vagus inquinat aethram:
Haud secus illapso penetrantur littora fluctu
Et rursum tellus init equora/iugis vbique
Mugitus pelago est/ gemitu loca cuncta resultant:
Imminet hic late Pamphilia/subluit illic
Vnda Chelidonias: illisum murmurat equor
Sepius et crebra spumescunt equora rupe/
Terminus hic cautes Patareidis eminet arcis/
Ac rursum in Boream vada semet cerula curuant/
Hic salis Egei tractus tonat inque bootis
Plaustra/dehinc rapidi flectuntur marmora Nerei
Saxosis sporadum sepe obluctantia ripis/
Non aliud tanta consurgit mole profundum/
Non sic curua thetis fluctu tumet:extimus olli
In Tenedum cursus/pelagi caput incipit Imbro.

Cespitis hic proni protendens dorsa Propontis
Flatibus ex Boree tepidum procumbit in Austrum/
Immenseq; Asie populos alit vbere terre:
Hic arctas inter fauces atq; obuia saxa
Thracius angustas discludit Bosphorus oras/
Bosphorus Inachie subuector virginis olim:
Nam vicina sibi stant littora/terraq; parci
Faucibus oris hiat/pronam sinus euomit vndam:
Proxima non alibi tantum diuortia cernas
Cespitis/hac pecoris dorso sternacis in equor
Inachis illata est / sic pectus canduit ira/
Pellicis ⁊ tanto diuam dolor extulit igni:
Illic instabili fama est sale saxa moueri
Inferriq; sibi flabris vrgentibus oras/
Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes/
Et nunc ora soli vastas pretendere rupes
Nunc aperire sinum/gemit amplo murmure pontus/
Seu quod collisas thetis indignata per arces
Seuiat obiectis:seu quod breuis exitus vndas
Exerat/⁊ strictis eructet faucibus equor.
Interius lato pontus se gurgite fundit
Vndarumq; procul latus explicat:aurea Phebi
Qua rota purpureo repetit conuexa sub ortu/
Sic obliqua maris panduntur deniq; dorsa
Vt matutinis inclinent equor habenis/
Longior at Boree concedat gurges in axe:
Pontus enim nostre sinus est amplissimus vnde:
Hic Asia ab leuis precingitur/Europamq;

Excipit aduersus/qua dehinc se Thracius arctat
Bosphorus et tenui vix panditur oris hiatu.
At qua diducto pontus distenditur estu
Et porrecta mari terre iuga longius intrant
In pelagus/tractuqꝫ vago sua littora linquunt/
Cespite: Paphlagonum prodit saxosa Carambis/
Altera se cautes similis procul arietis ori
Dura pruinoso qua torpet Taurica celo
Exerit / et tenta late premit equora fronte:
Eminus ista Notum/videt arctos eminus illa:
Porro inter fluctus ac fusi marmora ponti
Proxima celsorum sic sunt sibi dorsa locorum:
Quamuis vasta sali moles interfluit arces
Ut gemini sit forma maris/sed brachia pontus
Finibus Arctois eoe lucis in ortum
Et qua prona dies atris inuoluitur vmbris
Molliter inclinans/Scythici speciem facit arcus:
At tepidi de parte Noti directior ora
Continuumqꝫ iacens rigidi sub imagine nerui
Tenditur/excedit confinia sola Carambis
In Boream vergens. Boreali rursus in arcto
Ore sinus patulo est/Meotidis arcta paludis
Aequora prerumpunt: Schyta late barbarus oras
Incolit et matrem ponti cognominat vndam/
Sola parens ponto/genitrix hec sola fluento est/
Hoc se fonte trahunt: vaga glauci marmora ponti
Cimmerio prolapsa sinu/nam Bosphorus illic
Cimmerius fauces aperit/circumqꝫ superqꝫ

Cimmerij gens dura colunt/hic ardua Taurus
In iuga consurgit celumqꝫ cacumine fulcit
Verticis/⁊ celsis late caput inserit astris:
Huc mirante salo quondam sese intulit Argo
Thessala/⁊ innantem stupuerunt equora cymbam.
Sic vasti moles pelagi interfunditur oras/
Sic se forma maris toto procul explicat orbe.
¶ Nunc tibi tellurem versu loquar/incute docto
Phebe chelin plectro/musis intermina vita
Permanet / ⁊ memori laus semper pullulat euo:
Indefessa tue sint mentis acumina lector
Sudorisqꝫ mei patulo bibe carmina rictu
Dulcis in his haustus/meritū graue/gratia perpes:
Ergo solum terreqꝫ Libystidis ora per austrum
Tenditur eoe procul in confinia lucis/
Gades principium est/ caput huius cespitis autem
Arctius angusto conducit littora tractu/
Oceaniqꝫ salum cuneo subit/istius ore
Terminus immensis Arabum concluditur vndis:
At latus hoc terre diffusius explicat agros
Aruaqꝫ tenta patent/hec pingui cespite tellus
Aethiopum est nutrix/qui nigros propter Erembas
Extremi Libye curuo sola vomere sulcant/
Et rursum Aethiopes soli subiecta cadenti
Arua tenent/sic scissa virum gens vltima terre
Incolit/hos adflant rutile incunabula lucis
Hi iam precipitis torrentur solis habenis.
Propter proceras Zephiri regione columnas

Mauri habitant/his fluxa fides & inhospita semper
Corda rigent: trahitur duris vaga vita rapinis.
Proxima se late Numidarum pascua tendunt/
Massyliqꝫ super populi per aperta locorum
Pallantes agitant/certi laris inscia gens est/
Nunc in dumosas erumpunt deniqꝫ rupes/
Nunc quatiunt campos/nunc siluas inter oberrant/
Coniugibus natisqꝫ simul cibus aspera glans est/
Omnibus haud vllus sulcatur cespes aratro/
Non his mugitus pecudum strepit: indyta post hos
Menia consurgunt Tyrie Carthaginis/illa
Vrbs Phenissa prius Libye nunc turis alumna/
Pacis blanda quies/& bello prompta cruento.
Ast hinc in Syrtim preceps ruit vnda minorem/
Vlteriusqꝫ dehinc qua lux se reddit olympo
Maior vasta sibi late trahit equora Syrtis/
Insidiumqꝫ rati pelagus furit / ardua quippe
Vndarum moles Tyrrheno concitat estu/
Curuatumqꝫ salum quatit amplo littora fluctu.
Parte alia lento prorepit gurgite Nereus
Vndaqꝫ vix tenuis siccas pretexit harenas:
Immemor ergo modi semper natura/duabus
Syrtibus & classem sors crebro ceca fatigat.
Ambarum medio procera Neapolis arcem
Subrigit/ hanc rursum gens late prisca virorum
Lotophagi includũt/duri hãc Nasamones oberrãt.
Accipe quis quondam populorum examina multa
Versauere solum/multo sonuere per agros
Balatu

Balatu pecudes/nunc lati iugera campi
Et grege nuda iacent ꝛ sunt cultoribus orba:
Ausonis hec duro vastauit dextera bello:
Ausonis inuicti gens roboris vna per orbem
Arma tulit/pubem Latiam ferus horruit Hister/
Romanas Aquilas Rhodanus tremit Italidum vi/
Mesta paludiuagos Germania fleuit alumnos:
Illi ceruleas attingunt equoris vndas.
At qua nauigero tellus discedit ab estu/
Innumere gentes/populorum examina mille
Arua tenent:hic fata canit venerabilis Hammon/
Mugit Harenosis nemus illic deniqꝫ lucis/
Adstat Cyrene propter vetus/erigiturqꝫ
Vrbs procera arces ꝛ Apolline diues alumno/
Marmaride iuxta/procul hinc tamen vltima regni
Aegypto inclinant/tergo Getulia glebam
Porrigit ꝛ patulis Nigretes finibus errant:
Protinus hinc Garamas late confinia tendit/
Trux Garamas/pedibus pernix ꝛ harundinis vsu
Nobilis:At quantum terrarum interna recedunt
Vt procul oceano tellus vicina madescat
Aethiopum populos adit ampli cespitis ora/
Terminus Ethiopum populos adit vltima Cerne/
Post Blemyes medij succedunt solis habenas/
Corpora proceri/nigri cute/viscera sicci/
Et circumuincti neruis extantibus artus:
Hi celeri molles currunt pede semper harenas
Nec tamen impresse linquunt vestigia plante.

Eminus euoluunt hinc sese pinguia Nili
Flumina/ & intenti prolabitur equoris vnda/
Hic qua secretis incidit flexibus agros
Aethiopum in lingua Siris ruit/ vtque Sienen
Cerulus accedens diti loca flumine adundat/
Nomine se claro Nilum trahit/ inque iacentem
Aegyptum fusus fluctu premit arua marito/
Fecundatque solum: procul illic agmina cogit
In Boream/ scissusque vagis anfractibus equor
Proserit/ & ponto septem ferus explicat ora:
Non olli compar quisquam fluit/ inclyta quamquam
Vndique se totis eructent flumina terris:
Nilus/ & immensos vluam dispergit in agros.
Et fouet inuecto sata gurgite: Nilus honorem
Telluri reparat/ Nilus freta maxima pellit:
Hic Asiam ab Libya disterminat axe Fauoni/
Secernens Libyam redeuntis solis ab ortu/
Disiungens Asie medio confinia fluctu:
Nec procul illa virum gens incolit artibus olim
Que prior humanas leges & iura notauit/
Vomere que duro que longi pondere aratri
Solicitauit humum/ que sectis edere sulcis
Tellurem docuit/ cedensque a partibus Ethram
Prodidit obliquo solem decurrere celo.
Istius ergo tibi formam regionis & ore
Expediam versu/ blandus pretenditur aer/
Prodigus herbarum cespes iacet. aspera nusquam
Culmina consurgunt/ portus cauat vnda frequentis:

Quicquid terra dehinc redeuntis sufficit anni
Tempore/pre cunctis stupeas speciecꝫ modoqꝫ:
Trina loco frons est / sed latior axe Bootis/
Luce sub eoa constrictior/ vsqꝫ Sienem
Tenditur/vnde pij voluuntur flumina Nili:
Hic vrbs est Thebe Thebe que menibus altis
Precinxere larem/Memnon vbi Tithoneus
Suspectat roseas aurore matris habenas:
Pars ea que oceani discedit ab equore/septem
Oppida sustentat/noctis pars vergit in axem:
Et modus est olli Serbonidis ora paludis:
Altera pulsatur genitabilis ore Fauoni/
Hic vrbem posuit Pellee dextera gentis/
Hic inter celsas late surgentia nubes
Templa Synadeis Jouis adstant nixa columnis:
Diuite saxorum circumuestita metallo/
Auro fulta graui/niueo radiantia dente:
Nec minus hic specule vertex subducitur/ exquo
Cernere sit longe Pallenidis intima terre:
At qua surgenti terre pars conscia Phebo est
Aggere murorum Pelusia menia surgunt/
Gens hic docta sali tumido freta gurgite currunt/
Inqꝫ procellosos lembum conuertere fluctus
Ludum habet/ꝛ rauca vitam producit in vnda:
Talis forma iacet Libye/taliqꝫ recessu
Ab Zephiro eoum tellus incumbit in axem:
Istius extenti sola cespitis vndiqꝫ sulcant
Gentes innumere / que sparse littore longo

Oceani Australis vada late cerula tangunt/
Et que multimodi media tellure agitantes
Arua domant/ꝛ que Tritonidis alta paludis
Hic circumfuso populorum examine cingunt/
¶ Nunc tibi ꝛ Europe fabor latus/hec vbi terras
Intrat Atlantei vis equoris/accipit vndam:
Vnus vtrimqꝫ salis fluxus secat/ꝛ procul vnum
Destinat os ambas/eadem insinuatio ponti
Europam ꝛ Libyam rapido disterminat estu:
Sed prior illa tamen tepido perfunditur Austro/
Hec subit insanos tergum curuata Aquilones/
Ambe Asiam rursum simili sub limite tangunt/
Aequus vtrinqꝫ modus protenditur/vt simul ambas
Si conferre sibi quisquam velit / vna parumper
Vt credatur humus / medijqꝫ interflua ponti
Subtrahat/exemplo qualis nux pinea forma est
Singula versanti talis succedat imago:
Europe ꝛ Libye sic nam latus explicat ambas
Vnum ꝛ vtrinqꝫ caput similis quoqꝫ finis vtrinqꝫ:
Sed tamen Hesperij qua spectant equoris vndam
Ambe producto coeunt sibi cespite terre:
Qua matutinus sol istas ignibus adflat
Latior ambabus species distenditur / vnum
Hoc agili sub mente tenens velut obuia habebis
Cetera terrarum/Tellus Europa columnis
Proxima magnanimos alit equo cespite Hiberos/
Hi super oceanum Borealem frigida tangunt
Aequora/ꝛ excursu diffusi Latius agri

Arua tenent duris nimium vicina Britannis/
Flauaqꝫ cesariem Germania porrigit ora
Dumosa Hercinie peragrans confinia sylue:
Inde Pyrenei turgescunt dorsa niualis/
Gallorumqꝫ truces populi per inhospita terre
Uitam agitant/tum ceruleum Padus euomit antro
Flumen/ꝛ extento patulos premit equore campos.
Hic prius Eridani propter nemorosa fluenta
Fleuerunt liquide lapsum Phaetonta sorores
Mutateqꝫ manus planxerunt pectora ramis/
Nec procul hinc rigidis insurgunt rupibus Alpes
Nascentemqꝫ diem celso iuga vertice cernunt/
Porro inter cautes ꝛ saxa sonantia Rhenus
Uertice qua nubes nebulosus fulcit Adulas
Urget aquas / glaucoqꝫ rapax rotat agmine molem/
Gurgitis oceani donec borealis in vndas
Effluat/ꝛ celeri perrumpat marmora fluctu:
Quin ꝛ Danubium produnt secreta repente
Barbara/sed discors tamen est natura fluento:
Abnoba mons Histro pater est/cadit Abnobe hiatu
Flumen/in eoos autem conuertitur axes/
Euxinoqꝫ salo prouoluitur/ora per equor
Quinqꝫ vomunt amnem/qua se procul insula Peuce
Exerit hunc/rigidi qua spirant flabra Aquilonis/
Sarmata/Germani/Geta/Bastarneqꝫ feroces/
Dacorumqꝫ tenent populi:tenet acer Alanus/
Incola dehinc Tauroscytha littoris/indeqꝫ rursum
Dira Melancbleni gens circumfusa vagatur:

Proxima Neurorum regio eſt/ celeriſq; Geloni
Precinctiq; ſagis ſemper pictis Agathyrſi/
Inde Boriſthenij vis ſeſe fluminis effert/
Euxinum in pelagus/ tunc equora Panticapei
Aloeſciq; habitant / celſo de vertice ſurgunt
Riphei montes/ibi dura ſepe ſub arcto
Denſa pruinoſos eructant nubila nymbos/
Hic dites vene niueum gignunt Cryſtallum/
Atq; hic indomito tellus Adamante rigeſcit
Inter Ripheos ꝛ proceros Agathyrſos
He gentes Iſtrum qua ſe plaga dura bootis
Porrigit incumbunt/medij ſed parte diei
Per dumoſorum reptantes dorſa iugorum
Gerrhe habitant. Gerrhas attingunt oppida late
Norica/et inmodice rurſum loca pinguia glebe
Pannonia exercet/Boream ſubit altior agro
Myſus/ꝛ extento poſt tergum ceſpite Thracas
Plurimus excedit/tunc ipſi maxima Thraces
Vomere ſollicitant curuo loca: deniq; longo
Qua porrecta iacet ſpacio piſcoſa Propontis/
Et qua precipiti fluctu furit Helleſpontus/
Aegeumq; dehinc procul in mare/plurima Thraces
Arua tenent/his mellifluis Pellena ſub antris
Lichnitis rutile flammas alit/ hic ꝛ Iaſpis
Fulua micat ſtellis: quantum conuexa per ethre
Ignea perpetuis ardeſcunt ſydera flammis.
¶ Hic rurſum occiduis Europam fabor ab oris:
Hec tanquam ſpeculis adſurgens plurima trinis

Spectat Achemenie lucis iubar/vnus Hiberos
Limes habet/limes tenet alter deniqꝫ Graios:
Ausonie medius protendit latius arua/
Oceani vicina salo qua terra recumbit
Occasu Hesperio / tumet illic ardua Calpe/
Hic Hispanus ager: tellus ibi diues Hiberum/
Tartessusqꝫ super sustollitur:indeqꝫ Cempsi
Gens agit in rupis vestigia Pyrenee:
Protendens populos medio se limite gleba
Ausonis effundit:mediam secat Apenninus
Ausoniam/nam qua Boreali vertice ad Ethram
Concrescunt alpes/surgit caput Apennino:
Et qua Sicanij tellus madet equoris estu
Vt protelate molis iuga gurgite condit:
Hunc circa multe sola sulcant proxima gentes
Et tamen has omnes solers tibi musa loquetur:
Prima vetustorum gens est ibi Thyrrhenorum/
Inde Pelasga manus Cyllene finibus olim
Dum petit Hesperij freta gurgitis / arua retentat
Itala/tum multa tenduntur parte Latini
Per quos flauentis Tybris pater explicat vndas
Romanosqꝫ lares lapsu prelambit alumno:
Hic Campanus ager glebam iacit / hic freta quondā
Partenopen blando labentem in marmora ponti
Suscepere sinu:Tepidum si rursus in Austrum
Conuertare oculis nemorosi maxima cernes
Culmina Piceni/coma largi palmitis illic
Tenditur/ac fuso Bacchus tegit arua flagello

Tunc Lucanorum regio insurgentibus alte
Cautibus horrescit/scruptus sola creber iniqua
Asperat/⁊ denso cecantur stipite silue:
Brutius hinc dumos acer colit / inter ⁊ arces
Obsidet insidas/donec Sicana fluenta
Intendat pelagus/displosisqꝫ equora terris/
Instabile indinent semper mare/qua vel eois
Hadrias vnda vadis largam procul expuit algam/
Vel qua Tirrheni preceps inuoluitur estus
Ab Zephiro/hinc rupes dorsum tumet/inqꝫ böotis
Plaustra patens albo consurgit vertice saxum/
Hinc se prisca Locri gens intulit/⁊ sale longo
Eminus inuecti qua pontum gurgite rumpit
Flumen alix/Graie texerunt linthea cimbe:
Hinc Metapontini discurrunt latius arua/
Inde Croton priscis attollit menia muris:
Aesarus hic amnis salsa conuertitur vnda:
Et Iunone calent hic are presule semper.
Eminus exciti post fulmina dira Tonantis
Infortunate Sybaris vicina ruine est:
Sanniteqꝫ truces habitant confinia/post hos
Gens Marsum quondā tenuit loca : tumqꝫ Tarentū
Surgit/Amiclei soboles predura Tyranni :
Hic iacet in patulos proiecta Calabria campos/
Et super/arenti tenduntur Iapyges agro:
Huc se precipiti cogit ferus Hadria ponto:
Hic Aquileia decens celsis caput inserit astris/
Tergestumqꝫ dehinc curui salis incubat ore

Extimus

Extimus Jonij qua se sinus equoris abdit.
Tot populi Ausoniam circundant menibus altis/
Italiam cingunt tot diti cespite gentes.
In iubar eoum rursum qua peruia flectunt
Aequora/et Assyrium suspectant eminus axem
Jonij freta glauca sali/primosqz Liburnos
Prestringunt pelago/gens Hylli plurima rursum
Accolit/hic tenui tellus disclauditur estu:
Illiris ora dehinc distenditur/hicqz peridis
Sepe carinarum famosa Ceraunia surgunt:
Tunc prorepentis qua sunt vada turgida Nerei
Harmonie et Cadmi sustentat gleba sepulchrum
Barbara/nam longo iactati sepius orbe
Postquam liquerunt Hismeni fluminis vndam/
Hic in ceruleos mutati membra Dracones
Absoluere diem finemqz dedere labori.
Nec minus hic aliud monstri genus arbiter ethre
Edidit/adsistunt scopuli duo/cumqz quid atri
Imminet euentus (vt vulgi corda fatiget
Sors rerum et gentem terat inclementia fati)
Et motantur humo/et coeunt sibi vertice saxa:
Sed qua mitis item spirat Notus/Oriciumqz
Pulsant flabra solum/Graie confinia terre
Incipiunt aperire latus/prolixaqz longis
Jugera producunt spacijs/precincta duobus
Aequoris infusi procursibus/hanc freta quippe
Aegei lambunt pelagi/citus Hadria rursum
Subluit hanc fluctu/gemino sic gurgite late

Graia manet tellus/fortitaq; marmora ventus
Queq; suos/imo turgescunt mota profundo.
Eurus in Aegeum contorquet flabra/cadentis
Parte poli Zephyris Adriatica terga tumescunt:
Insula se rursum Pelopis visentibus offert/
Insula que Platani folio compar sedet/Isthmi
Quippe caput summum conducitur/arctaq; vergit
In Boream tellus & Graios adiacet agros:
Cetera sub folij specie distenditur arua:
Ac per vtrumq; latus sinuoso sepe recedit
Cespite/sed tepido qua tellus tunditur Austro
Graiorum Triphilis sterili se porrigit ora/
Hinc sacer Alpheus flumen trahit/& vagus equor
Influit Eurotas/ Pisanos alter adulcat:
Alter Amicleas celeri secat agmine terras/
Insula qua curuas inclinat concaua valles:
Arcades immensum propter degunt Erymanthum:
Hic distentus aquas sata lambit pinguia Ladon:
Iuxta Argiuus ager/iuxta sunt culta Laconum:
Illos prima dies/celer istos aspicit Auster:
Isthmi terga dehinc geminus circumlatrat estus/
Parte Ephyres/piceas qua nox agit atra tenebras/
Et matutinus qua lucem proferit ortus:
Hic ritu Graio nomen tenet vnda Saronis:
Atticus hanc vltra limes iacet/Attica tellus
Belligeratorum genitrix memoranda virorum/
Fertilis hec herbis Ilissum subuehit amnem/
Ilissi Boreas stagno tulit Orythyam.

Beotumq; dehinc sese confinia iungunt:
Et Locris/ꝛ patulis sulcatoꝛ Thessalus agris:
Et Macedū perpingue solum:tumet arduus Hemus
Threiciumq; caput subducitur/adiacet Hemum
Partibus ab Zephyri Dodone vatis alumnus:
Axe Noti rigidas subter rupes Aracinthi
Gens Ethola colit/campis ibi pulcher apertis
Labitur ꝛ virides sulcans terras Achelous
Inruit Adriatici tergum maris / hicq; frequentes
Fluctibus attolluntur Echinades/haud pocul inde
Prisca Cephalene consurgunt oppida terre:
Delphica quinetiam miscet confinia Phocis
Lucis inexoꝛtum pꝛotentioꝛ/ inq; Booten
Thermopyle cedunt/hic se Parnasia rupes
Erigit/hic celeri Cephysus euoluitur vnda:
Hic quondam Phyton trāsactus harundine mēbꝛa/
Sanginis ꝛ casu/pꝛolixa volumina soluit:
Illic sepe deum conspeximus adꝛidentem
Inter thuricremas hic Phebum vidimus aras.
¶ Nunc vt queq; vago surrexerit insula ponto/
Oꝛdine quo steterint pelago circumflua saxa/
Expediam:cymbe ducatur cursus ab vnda
Gurgitis occidui/pꝛecoꝛ aspirare Camene
Inter ꝛ oppositas intendite linthea terras.
Gadir pꝛima fretum solida supereminat arce/
Attolitq; caput geminis inserta columnis/
Hec continussa pꝛius fuerat sub nomine pꝛisco/
Tartessumq; dehinc Tyrij dixere coloni/

Barbara quinetiam Gades hanc lingua frequentat /
Poenus quippe locum Gadir vocat vndiqꝫ septum:
Aggere preducto Tirij per inhospita late
Aequora prouecti/tenuere vt cespitis oram/
Constituere domos: dant hi quoqꝫ maxima templa
Amphytrioniade/ numenqꝫ verentur alumnum:
Insula se propter Gymnesia tollit ab alto/
Ac dilecta vago pecori consurgit Ebusus:
Sardinieqꝫ arces/ꝛ inhorrens Corsica siluis:
Aeolieqꝫ dehinc tumidis se fluctibus edunt
Insule/ꝛ inserto canescunt vndiqꝫ ponto:
Has dudum tenuit rex Aeolus/Aeolus illic
Hospita iactatis inclusit lintea nautis:
Aeolus imperio summi Jouis/arbiter alto
Impositus pelago est effundere carcere ventos
Et sedare salum/septem sese equoris estu
Emergunt arces/septem quas equoris estu
Hic habuit. Tunc Ausoniam se pandit in oram
Tellus Trinacria/ꝛ patulo distenditur agro:
Hec autem trinis laterum procursibus adstat /
Ternaqꝫ ceruleis longe iuga porrigit vndis:
In matutinos Pachynos producitur ortus:
Pars tepet a Zephyro Lilibeia celsa/Pelorus
Tota serenifere pulsatur flatibus vrse:
Hic iter insidum pelagi/ miserandaqꝫ fata
Inuoluere salo/fluctuqꝫ hausere voraci
Sepe ratis: surgunt anguste marmora faucis/
Arctaqꝫ precipitant properum confinia pontum:

Qua se parte dehinc presse Notus erigit ethre/
Vis late Libyci furit equoris: vna ibi Syrtis/
Ast aliam vlterius freta prolabentia tendunt/
Paruaqꝫ ceruleo circumsonat equore Meninx/
Rursus in Adriacam lembum cogentibus vndam/
Et leuum curua pelagus sulcantibus alno/
Insula se Graij Diomedis gurgite promit
Italiam spectans ꝛ Japigis arua coloni:
Huc illum mote quondam tulit ira Diones/
Postquam per celeres extorrem traxit Hiberos/
Coniugis huc dire misit furor Egialie.
Jonij si quis rate rursum cerula currat
Aequora/ꝛ eoos cymbam producat in ortus/
Absyrti cautes ꝛ crebras protinus arces
Inueniet/Colchos huc quondam cura fidesqꝫ
Extulit insanam sectantes Eetinen:
Nec procul Jonij per terga Lyburnides adstant/
Inqꝫ Notum post dira Ceraunia carbasa si quis
Torqueat/ꝛ tepidos lembum declinet in axes/
Ambracie extantes succedent protinus arces/
Alcinoiqꝫ domus pandetur Corcyra rursum/
Corcyra compta solum/locupleti Corcyra sulco:
Hinc super est tellus Ithaci vetus aula tyranni
Exulis/ꝛ toto raptati sepe profundo:
Plurima preterea consurgunt gurgite saxa
Que protentus aquas Achelous pulcher oberrat:
Amnissusqꝫ dehinc alias circumfluit vndas/
Que tamen in Boream vergant magis Egila parua/

Et procera caput turgescunt pulchra Cythera/
Eminet hic etiam saxosa Calauria iuxta/
Carpathus hic rupes attollitur/hec tamen axem
Respicit occiduum:nutrix hinc Creta tonantis
Multa latus/glebeqꝫ ferax ꝛ opima virentum
Erigitur pelago/Cretam super adstitit Ida/
Ida procellosis agitans Aquilonibus ornos/
Nec procul Aegiptum Rhodus adiacet/adiacet ora
Suniados. Qua se pretendit cespes Abantum
Fertilis Aegine tellus ꝛ opima Salamis:
Lucis ab exortu Pamphilia qua cauat estum
Prolabentis aque/Ciprus alta cingitur vnda/
Atqꝫ Dionei pulsatur littoris acta:
Inde Chelidonie tris sese gurgite tollunt/
Qua frons tenta salo Patareidis eminet arcis:
Leta dehinc Aradus Phenicum preiacet ore
Multus vbi exese sinus est telluris ab alto/
Ac latus omne soli procul in dispendia cedit
Littoris/ꝛ curuo predambitur ora fluento:
Mirus ꝛ ille dehinc Egei gurges habetur
Qui gemina de parte sali velut ordine fisso
Saxa mari profert circumflua/tenuia sese
Qua freta precipitant Athamantidis inclyta leto/
Sestus vbi atqꝫ Abydus paruo sale discernuntur/
Et vicina sibi lambit confinia pontus:
Pars procul Europe leuum latus/altera porro
Ditem Asiam spectat/cuncte tamen ordine facto
Insule in arctoi procedunt plaustra Bootis:

Europe incumbit prolixus limes Abantum/
Scirus ibi late dorsum tumet / ac Peparethum
Protollit pelagus/iuxta Vulcania Lemnus
Erigitur/Cetericꝫ Thasus dilecta/ profundo
Proserit/albescens e vertice prominet Imbrus:
Thressacꝫ cōsurgit propter Samos / indecꝫ rursum
Cyclades accedunt Asiam/Delumcꝫ coronant:
Omnes fatidico curant solennia Phebo/
Nam cum vere nouo tellus se dura relaxat/
Culminibuscꝫ cauis blandum strepit ales hirundo/
Gens deuota choros agitat/ritucꝫ sacrato
Ludunt festa die/visit sacra numen alumnum:
Hic Sporades crebro producunt cespite sese/
Densa serenato ceu splendida sydera celo/
Nec minus attolluntur Jonides insule ab alto/
Hic iuxta Caunus/Samus hic Saturnia iuxta
Tumcꝫ Chius patule prospectans arua Peline/
Lesbus item/ꝛ Tenedus per aperti marmora ponti
Expediunt arces/ꝛ culmina nubibus indunt
Hic se piscosi pandit sinus Hellesponti/
Hic salis arctoi spumas vomit impiger estus/
Hic protenta quatit late freta glauca Propontis:
Si quis leua dehinc Euxini marmora sulcet
Ora Borysthenij qua fluminis in mare vergunt/
E regione procul spectabit culmina Leuces
Leuce cana iugum/Leuce sedes animarum
Nam post fata virum semper versarier illic
Insontes aiunt animas/vbi concaua vasto

Cedit in antra sinu rupes/vbi saxa dehiscunt
Molibus excesis ꝛ curuo fornice pendent:
Hec sunt dona pijs/sic illos Jupiter imis
Exemit tenebris Erebi/sic inclyta virtus.
Rursum Cimmerius qua Bosphorus ore patescit/
Dexterior ponto subit insula/ vastaqꝫ late
Excedit moles/pelagus sedet eminus ingens/
Phanagore/ꝛ muris attollitur Hermonassa:
He maris infusi consurgunt insule ab alto.
Exterior quas vnda dehinc / circumfluus ꝛ quas
Aestuet oceanus/quibus ille flatibus omnes
Culmine pulsentur/memori date carmine Muse.
¶ Propter Atlantei tergum salis Aethiopum gens
Hesperides habitant/dorsum tumet hic Erythia/
Hicqꝫ sacri sic terga vocat gens ardua montis/
Nam protenta iugum tellus trahit/hoc caput ample
Proditur Europe genitrix/hec ora metalli/
Labentis stagni venas vomit/acer Hiberus
Hic freta veloci percurrit sepe faselo:
Eminus hic alie gelidi prope flabra Aquilonis
Exuperant vndas ꝛ vasta cacumina tollunt/
He numero gemine/pinguis sola cespitis ampla:
Conditur occidui qua rheni gurgitis vnda
Dira Britannorum sustentant agmina terris:
Hinc spumosus item ponti liquor explicat estum/
Et breuis e pelago vortex subit/hic chorus ingens
Feminei cetus pulchri colit orgia Bacchi/
Producit noctem ludus sacer/aera pulsant

Vocibus

Vocibus/⁊ crebris late sola calcibus vrgent:
Non sic Absinthi prope flumina Thraces/⁊ alme
Bistonides/non qua celeri ruit agmine Ganges
Indorum populi stata curant festa Lyeo:
Longa dehinc celeri si quis rate marmora currat
Inqꝫ Lycaonias cimbam procul vrgeat arctos/
Inueniet vasto surgentem vertice Thulen/
Hic/cum plaustra poli tangit Phebeius ignis/
Nocte sub illustri rota solis fomite flagrat
Continue/clarumqꝫ diem nox emula ducit:
Nam sola obliqui torquetur cardine mundi/
Decretosqꝫ super radios/vicinior axi
Occiduo/inclinat/donec iuga rursus anhela
Deuexo accipiat celo Notus/inde fluenta
Tenduntur Scythici longe maris/in salis oras
Eoi/ post oceani surrepit ab vndis
Insula/que prisci signatur nominis vsu
Aurea/quod fuluo sol hic magis orbe rubescat:
Contemplator item ceu se mare flectat in Austrum/
Inqꝫ Notum oceanus freta ponti cerula curuet/
Altaqꝫ Coliados mox hic tibi dorsa patescent
Rupis/⁊ intenti spectabis cespitis arces/
Pro quibus ingenti consistens mole per vndas
Insula Taprobane gignit tetros Elephantos/
Et super estiferi torretur sydera cancri/
Hec immensa patet vastisqꝫ extenditur oris
Vndiqꝫ per pelagus/latus autem protinus olli
Agmina cetosi pecoris/vaga monstra profundi/

Voluunt: feruent Erythrei marmora ponti
Tota feris: hec/ vt rigidi iuga maxima montes
Nubibus attollunt/ latus omne et terga tumescunt:
Instar in his rupis spine tenor arduus adstat/
Molibus in celsis scrupus quoque creber inhorret/
Ac ne quis rapidi subductus gurgitis vnda
Hec in terga salis lembum contorqueat vnquam/
Antea monstrigenis hostem licet inferat estus
Fluctibus/ Inmodice late patet oris hiatus
Quippe feris antro panduntur guttura vasto/
Protinus hec ipsas absorbent fauce carinas/
Inuoluuntque simul mox monstra vorantia nautas.
Ogyris inde salo promit caput/ aspera rupes
Carmanidis qua se pelagi procul inuehit vndis.
Regis Erythrei tellus hinc nota sepulchro
Tenditur/ et nudis iuga tantum cautibus horrent:
Persicus hinc estus fauces hiat/ insula rursum
(Si tamen in boream flectantur carbasa cymbe)
Icarus aerio consurgit vertice in auras/
Icarus ignicomo soli sacra/ namque Sabei
Thuris ibi semper vaga fumum nubila voluunt.
¶ Insule in oceani procursibus he tibi tantum
Carmine sunt digne: multas vehit vndique pontus
Preterea paruas specie famaque carentis:
Pars videt Europam/ non has tamen aut modus ore/
Aut interna caui commendat vena metalli:
Harum alie diris reserant vix littora nautis/
Et scaber in multis scruptus riget/ vndique iniquus

Subrigitur vertex ⁊ inhospita cespitis ora est:
Harum quis valeat numerosa hic nomina fari?
Pars Asiam/Libyam pars adiacet/altera ponto:
Si velit has vllus/velit idem scire quot alto
Curuentur fluctus pelago/quot sydera celi
Elucent flammas/quot robora proferat Ida/
Quantus harenarum numerus versetur ab Euro.
¶ Carmine nunc Asiam formet stilus/ incute doctā
Phebe chelin/totis Helicon aspiret ab antris/
Maxima pars orbis narrabitur/ indyta tellus
Prometur musis. Terrarum summa duarum
Vnius est limes/qua cespite protigit ambas/
Vastius ast Asie diti caput/indeqꝫ sensim
In matutinos ora conducitur axes:
Hic adstare procul Bacchi fert fama columnas/
Vltimus oceani qua terras adluit estus/
Indica qua rupes tumet extima/qua vaga Ganges
Cespite dorsa trahens in Nysseum Platamona
Porrigitur: similis nequaquam est forma duabus/
Nec modus est compar/secat vnus deniqꝫ pontus
Europam ⁊ Libiam/multus circumsonat istam
Oceanus/trinoqꝫ sinu vagus influit estus:
Vnam Asie molem/sinus isthac Persicus instat
Maximus hac Arabum scindit sinus/⁊ sinus equor
Inserit Hircanus/duo nigri partibus austri
Curuantur/rigidam suspectat tertius arcton:
Hic ⁊ in Euxini prorepit marmoris vndam
Et Zephyrum tergo spectat/ procul adiacet ambos

Gens Scythie dispersa/vagisqꝫ sedilibus exit
Tellus multa dehinc/ꝛ longis tenditur aruis.
Ast Asie incumbit vasto mons aggere Taurus/
Interstatqꝫ iugo mediam/Pamphylia campo
Qua iacet incipiens/iuga verticis ardua ducit
Indorum in pelagus/nunc autem subrigit idem
Obliquas arces ꝛ flebilis aera pulsat/
Nunc directa solo tentus vestigia figit:
Mille dehinc amnes vnus vomit/exerit vnus
Flumina per terras/vel qua riget ora Bootis
Vel qua lene Notus spirat / qua perstrepit Eurus
Et qua deiecto Zephyrus substollitur axe:
Nec tamen hic vno signatur nomine vbiqꝫ/
Sed dum flectit iter nouus emicat/ vtqꝫ tumenti
Gens vicina subest peregrina vocabula mutat:
Accipe qui populi circumdent deniqꝫ Taurum
Moeote primi salsam cinxere paludem/
Obuersatur item trux Sarmata/bellica quondam
Gentis Amazonidum soboles/nam cum prius ille
Egissent vasti prope flumina Thermodoontis/
Threitio de Marte sate/iunxere profecte
Concubitus/Longas exercet Sarmata siluas
E quibus elapsus Tanais procul arua pererrat
Barbara/ꝛ in salsam protendit terga paludem:
Hic Asiam Europa disterminat: arduus istum
Caucasus eructat:Scythicos hic fusus in agros
Inpacatorum nutrit pubem populorum.
Huius vtrumqꝫ latus quatit amplis bruma procellis/

Constrictumq₃ tenent hunc frigora ꝓxima. Rursus
Cimmerius Sindiq₃ colunt / Cercetica gens est
Atq₃ Toretarum propter genus: indeq₃ Achei
Ab Xanthi ripis atq₃ Ideo Simoente:
Inter chauricrepas ꝛ scruposas conuallis
Transuexere larem: iuxta gens aspera degit
Eniochi / Zigijq₃ dehinc qui regna pelasgum
Linquentes quondam tenuerunt proxima ponti:
Impiger hos propter Colchus cōlit / iste feraci
Exul ab Aegypto: celse ferit aspera rupis
Caucasus / Hircane nimium contermimus vnde:
Huius valle ruit Phasis / gemit istius antro
Agmina prouoluens Circeaq₃ lapsus in arua
Incidit Euxinum Borealis cardine celi:
Rursus in Eoe lucis confinia tellus
Inclinata iacet gemino vicina profundo /
Caspia nam late terram super abluit vnda /
Euxiniq₃ subest tergum salis / asper Hiberus
Hic agit huc olim Thyrrhenide pulsus ab ora
Cespitis eoi tenuit sola / ceu vaga sepe
Fors rapit exactos patria: tenet equora campi
Gens Camaritarum / qui post certamina Bacchum
Indica / Bassaridum cum duceret agmina victor
Accepere casis / mensasq₃ dedere Lyeo:
Orgia ludentes ꝛ nebride pectora cincti
Deduxere choros / Nysei ludicra ritus:
Hos super in fluctus adsurgit Caspia Tethis /
Hec dicenda mihi: Non diri gurgitis vnquam

Lustraui pinu freta barbara/ non vagus orbem
Undiqꝫ reptaui / sed vasti flumina Gangis
Caucaseas arces ⁊ pumicolas Arienos
Incentore canam Phebo Musisqꝫ magistris/
Omnia veridico decurrens carmine pandam.
Caspia per teretes Tetys distenditur oras/
Et sinuant curuis hanc totam littora terris/
Tantum sed fuso pontus iacet iste profundo/
Ut ter luna prius reparet facis incrementa
Quam quis ceruleum celeri rate transeat equor:
Gurgitis Oceanus pater est/namqꝫ iste niualis
Arce Helices infert rapidi freta concita ponti/
Et sinus inde sibi pelagus trahit. Hic vada propter
Caspia/versatur Scytha belliger / hicqꝫ feroces
Degunt Albani/trux illic arua Sadusus
Dura tenet/Mardi celeres/Hyrcani /Apyriqꝫ:
Cespite vicino Mardus fluit / ⁊ procul ipsos
Accedit Bactros/ attingens deniqꝫ atroces
Agmine Dercebios/Mardus disterminat ambos:
Hyrcaniqꝫ salis tumido conuoluitur estu:
Sed Bactrena soli vasto procul arua recedunt:
Parnassiqꝫ iugi tegitur gens rupibus illa/
Dercebios aliud cohibet latus/ ⁊ vada tangit
Caspia: tum clari Pharetris agiliqꝫ sagitta
Massagethe/glauci succedunt flumen Araxis
Durum ab stirpe genus/placide mens nescia vite:
Ignorant flaue Cereris comertia: Bacchi
Semper inexpertes/animam traxere ferinam:

His cibus et potus simul est/nam sanguinem equinum
Et lac concretum per barbara guttura sorbent:
Nec procul ad Boream viri posuere Chorasmi
Hospicia/et iuxta protendit Sugdias agro/
Sugdias ingenti quam flumine disficit Oxus/
Hic procul Hemodi late ruit aggere montis/
Et per prolixos euectus protinus agros
Caspia propellit fluctu freta/ deindeqꝫ late
Fluminis ecce Sace ripas habitant Jaxarte/
Tendere non horum quisquã certauerit arcus/
Ambitus hos etenim multus trahit/ et graue curuis
Pondus inest Taxis/longo sunt spicula ferro/
Et rigor e neruis volat obuius/Inde cruenti
Sunt Thoraci/Phruniqꝫ truces/et inhospita Seres
Arua habitant gregibus permixti ouiumqꝫ boumqꝫ/
Vellera per syluas Seres nemoralia carpunt:
Vltima Epitrimos tellus habet/et procul ista
Cassa virum est/nullis pecorum ballatibus agri
Persultant/herbe viduus iacet vndiqꝫ cespes/
Fronde caret/nunquã terras intersecat amnis.
Caspia tot late circundant equora gentes.
¶ Nũc rursum ab Colchis et glaucis Phasidis vndis
Occiduum ad solem populos memorate Camene
Vsqꝫ in Threicij fauces maris/Aspera primum
Byzerum gens est / viri sunt inde Bechiri/
Macrones Philyreqꝫ/et pernix Durateum gens:
Inde Tibareni:Chalibes super arua /vbi ferri
Ditia vulnifici crepitant incudibus altis:

Post hos Assyrie tenduntur iugera terre
Armenioqꝫ iugo late surgens Thermodon
Gentis Amazonidum lambit sata/nec minus illic
Erigitur celsa in fastigia prisca Sinope/
Hanc vrbem quondam magni Iouis ardor Asopis
Virgo locans/seue propter confinia terre
Arua habuit/plebemqꝫ suo de nomine dixit:
Nec procul hinc purus laticem prouoluitur Iris:
Et citus Arminie rursum conuallibus arcis/
Qua vastum in pelagus verget saxosa Carambis
Surgit Halys tū Paphlagonū sata longa patescūt:
Et Mariandinum gens incolit/vnde triformis
Ora canis superas quondam produxit in oras
Alcides herebo: propter Bythinia glebam
Exerit/hic pinguem latebras extenditur amnis
Rhebas Cyanei qui dissijcit equora ponti/
Rhebas argento similem qui porrigit vndam:
Hi pontum cingunt populi/Nunc illa canetur
Ora Asie glaucus pelagi quam subluit estus:
Axe Noti in fauces rapidi procul Hellesponti/
Et freta qua spumant Egyptia partibus Austri
Vsqꝫ Arabas/ꝛ longa Syre confinia terre/
(Dictū etenī q̄nt⁹ rigidas Scytha degat ad arctos)
Chalcedon tumulus fluctu circundatus alto
Cominus Europam/proceraqꝫ menia Byze
Aspicit/ab tergo tendit Bebrycia glebam/
Celsaqꝫ nubifere substollit culmina rupis
Mysus ager/Mysos tacitum diffusus in equor

Tergaqꝫ

Tergaqꝫ flauescens sulcat Cius: huius ad vndam
Pulcher Hilas nymphis quondam fuit anxia cura:
Hinc in ceruleum cedens sinus Hellespontum
Explicat/ ⁊ Phrygie tellus se incuruat in orbem
Maior/ Sangario late ꝑstringitur amni/
Hec procul eoos procedit plurima in axes
Fertilis herbarum/ qua celum rursus in vmbras
Inclinat vertex/ panduntur terga minori/
Que iacet immense late sub rupibus Ide/
Infortunatam pertingens cespite Troiam:
Aeolis inde patet vastum super Hellespontum
Aegei per terga sali/ prolixus Ionum
Rursus ager glebam protenditur / hunc secat ingens
Maeander salsiqꝫ ruens vada gurgitis intrat:
Cōminus hic gelidi qua spirant flabra Aquilonis
Vrbs Ephesus tetrice sustollit phana Diane/
Munus Amazonidum memorabile: nec minus inde
Lydia procedens longum latus explicat Euro/
In qua vitifere Tmolus iuga proferit arcis /
Et Pactolus aquas agit auriger/ arua canoris
Persultant cygnis/ curuis sedet vndiqꝫ ripis
Creber ales/ letis adsurgunt gramina campis/
Herbaqꝫ luxurians sola semper pinguia vestit:
Sed locuplete magis Meandria gleba recumbit
Vbere/ nam grandis terram rigat vnda Caystri/
Meonis hic etiam deducit turba choreas/
Aurea subnectens sibi vincula: ritus Iaccho
Luditur/ hisqꝫ sacris feriunt vlulatibus ethram/

Virgineusqꝫ chorus late strepit/exilit omnis
Letus vt instabiles vaga pendent corpora damme:
Chaurorum quoqꝫ flabra deo famulantia ludunt
Ritibus in vulgi/subeunt hec serica sepe
Pallia/ꝛ impulsi Zephiris agitantur amictus:
Hec linquenda tamen leto reor omnia Lydo.
Qua se Xanthus agit Lyciorum tenditur ora
Inclinata mari/surgunt ibi culmina Tauri
Pamphylie in fines/hic idem Cragus habetur
Nomine sub gentis / prope celsam surgit in arcem
Piscosi Aspendum flumen secus Eurymedontis/
Sus vbi deformis calidis adoletur in aris
Sepe Dionee Veneri/stat Coricus alta/
Stat Perge propter/ micat ardua tecta Phaselis
Eminus/ꝛ Phebi radijs tremit emulus ardor.
Inde Lycaonie tractus iacet / impiger agros
Incola decurrit / sitit atrum dura cruorem
Gens hominum/ꝛ seuo pascuntur pectora bellō:
Tum Pisida ferox exercet pinguia culta/
Termesusqꝫ dehinc/vrbs eminet hanc super arcem
Indyta per nubes attollens menia Lyrbe/
Et Lacedemonie surgunt fastigia Selges:
Plurimus hinc terras intrat sinus vndiqꝫ longe/
Vicina Euxino rupti sola cespitis vrget:
Hic diros Cilicas trames tenet/ inqꝫ diei
Tenditur exortum/sulcant duo flumina terram
Piramus hic vndas:hic voluit Pinarus equor
Cidnus item medie discernit menia Tharsi/

Pegasus hoc olim suspendit cespite sese:
Impresseqꝫ solo liquit vestigia calcis/
Esset vt insigni reuoluta in secula semper
Nomen humo/clari post vltima Bellerophontis:
Hic cespes late producit letius arua/
Horrescitqꝫ comis nemorum / per inhospita cuius
Aequora secreto vitam protraxerat agro.
Tirnessusqꝫ dehinc/hic Malos ⁊ Anchialea/
Illustresqꝫ Soli post carmina Vatis alumni:
Commagenorum propter diffunditur ora
Et procul Hesperium curuatur limes in axem
Donec piniferas Casij proreptat ad arces.
¶ Hinc solers Asiam facili cape carmine totam/
Forma sit huius enim talis tibi/ quattuor illa
In latera effusa est/cordi data/longior autem
Est modus his rutili que spectant sideris ortum:
Tuqꝫ tene primo quod carmine Musa locuta/
Totam Asiam celsi precingi vertice Tauri:
Extremam indorum montis tamen accipe molem
Per latus id duci quo dat Cynosura pruinas/
Solis ab occasu vastum decurrere Nilum /
Indicum ab eois mare feruere/rursus ab Austro
Fluctibus inmodicis rubri salis equora volui:
Ora Syrum curui procumbens littoris acta
In Notum/⁊ eoi confinia tenditur Euri/
Hec cele est graio sub nomine/namqꝫ duobus
Vt conclusa iugis/vallis vice multa cauatur/
Ab Zephyro Casius mons iminet/ axe diei

Consurgentis item Libanus premit arduus arua/
Pars procul a pelago terras colit/imqꝫ recessu
Gens agitat:salso quicquid pulsatur ab estu
Phenicum regio est/hi rubro a gurgite quondam
Mutauere domus/primiqꝫ per equora vecti
Lustrauere salum/primi docuere carinis
Ferre cauis orbis comertia/sidera primi
Seruauere poli/populis Phenicibus ergo
Vrbs Jope/sterilis que dehinc habitatur Elais/
Gazaqꝫ proceris adsurgens vndiqꝫ muris/
Hic Tyrus est opulens/ꝛ Berytus/optima Byblos/
Sidoneiqꝫ lares/vbi labens agmine ameno
Cespitis irrigui Bostrenus iugera fundit/
Nec minus hic Tripolis pingui sola porrigit agro/
Artosisqꝫ dehinc attollitur/hic Marathus stat/
Littoris extremi caput altis turribus effert
Laodice/ꝛ glauci prelambitur equoris vnda:
Hic nemorosa virent Daphne loca/celsa cupressus
Erigitur/ramos innectit laurus odora/
Crine Dioneo myrtus diffunditur/ alte
Consurgunt pinus/ꝛ celum sibila pulsant
Robora/mollicomis tellus insternitur herbis:
Vrbs medijs Apamea dehinc consistit in aruis/
Et qua Phebeam procul incunabula lucem
Prima fouent Emisus fastigia celsa renidet/
Nam diffusa solo latus explicat ac subit auras
Turribus in celum nitentibus / incola claris
Cor studijs acuit/sed ꝛ amplius imbuit ordo/

Deniq; flamicomo deuoti pectora soli
Vitam agitãt/Libanus frondosa cacumina turget/
Et tamen his celsi certant fastigia templi/
Hic scindit iuxta tellurem glaucus Orontes/
Nec procul Antiochi vagus interlabitur vrbem
Perstringens vndis Apamee iugera glebe.
Fertilis hic cespes protenditur/aruaq; amica
Sunt pecori/in fetus facilis Pomona resurgit/
Et fecunda Ceres campo flauescit aperto:
Si rursus tepidum via deflectatur in Austrum
Curua sinus Arabum succedent equora/propter
Namq; Arabas Syrieq; solum sinus iste fluento
Diuidit/et tentis procul interfunditur vndis/
Hic tamen eoos paulum inclinatur in axes/
Vsq; in belligeri confinia flexus Helani/
Hinc tellus Arabum producit cespite campos/
Et latera ab gemino sale cingitur/abluit estus
Persicus hanc Arabumq; sinus rigat equore terrã/
Hic sua flabra polo spirant/nam Persicus Euro
Turgescit vento/Zephyro sinus estuat alter:
Parte alia/in primos qua semet porrigit ortus
Et Notus insurgit qua nubifer/equore rubri
Tangitur oceani/felix hic terra recumbit/
Tota solo tellus hic semper flagrat odoro/
Cespite prorumpit lachrymoso stipite Myrrha/
Myrrha furor quondam Cinyreius/hic Ladani vim
Vellera desudant/calami coma pullulat almi/
Gignit humus Casiam/concrescũt Thura p agros/

Longaqꝫ fecundis pinguescit odoribus ora:
Vera fides / illic femori sub imagine partus
Dirrupisse Iouem penetralia / proderet ortus
Vt sacer etherea fulgentem fronte Lyeum /
Nascenti Baccho risit pater / vndiqꝫ fulsit
Celicolum sedes / conuexaqꝫ pura tetendit
Festa dies / tellus effudit diues odores /
Villosum subitis tumuit pecus incrementis /
Ver habuere suum noua gramina / flore frequenti
Pinxit terra sinus / ac nymphis vnda cucurrit
Largior / Internis etiam procul vndiqꝫ ab oris
Ales amica deo largum congessit Amomum
Extemplo Liber subnectit nebride pectus /
Effususqꝫ comas / hedera ligat / inde virentis
Attollit thyrsos ⁊ blandi luminis igne
Os hilarat / totaqꝫ celer diffunditur ethra:
Sed propter Libanum / terram sulcant Nabatei /
Caulasij que dehinc / Agreni rursus ⁊ inde
Cathramis est tellus Carre vicina. Fluento
Persidis accedunt rutili contermina ponti /
Minei Sabeqꝫ tenent superi / impiger ampla
Aequora desulcat glebe ditis Cletabenus:
Plurima preterea gens circumplectitur illic
Oram Arabum / muta sed degunt agmina fama /
Et numerus cunctis inglorius: Inde Fauoni
Qua plaga fecundos alit almis flatibus agros /
Barbara montiuagos tellus extendit Erembas /
Hi vitam duris agitant in cautibus omnes /

Intectiqꝫ artus irrepunt ardua semper
Culmina saxorum/ non ollis pabula in vsum
Terra parit/glebas abrodunt more ferarum
Jeiunas herbe/nec amicas frugibus vllis:
Hinc vltra Libani rursum fastigia celsi:
Lux hyperionis qua se sustollit ab ortu
Alterius Syrie limes iacet vsqꝫ Sinopen
Gurgitis attiguam/medijs hic impigra in aruis
Cappadocū gens est. Propter freta turgida rursus
Assirij/iuxta sunt hostia Thermodoontis
Et festina citis euoluitur vnda fluentis/
Nec procul attollit qua se facis ardor ede/
Plurimus Euphratis manat liquor/iste feroci
Fusus ab Armenia vastum caput exerit antro/
Inqꝫ Notum prime protenditur agmine molis/
Et matutinos iterum conuersus in axes
Diuidit inserto mediam Babylona fluento/
Inde Teredonie iuga preter maxima rupis
Persidis/in pontum sparso cadit effluus amni/
Hunc super in septem quantum via carpitur ortus
Cespitis extenti spacijs citus equora Tigris
Prona rotans/⁊ saxa iugis auulsa supremis/
Et totas late celeri trahit agmine siluas:
Quin ⁊ vasta palus medio distenditur agro
Maximus hanc fluctu tigris secat:intrat aperti
Terga lacus/stupet vnda silens/taciteqꝫ recumbunt
Aequora Thonites/solidarum deniqꝫ more
Riparum stagni facies incisa quiescit/

Inuectumq; sibi cohibens altrinsecus amnem
Stat disclusa palus/Sic Elidis incola pontum
Difficit Alpheus/pelago sic inserit vndas
Illesum optate flumen ducens Arethuse.
Ergo per et stagnum vehitur celer amnis apertum/
Hoc elapsus item vim proni gurgitis vrget/
Non alium tantus rapit impetus/haud ita quisquã
Spumescit fluctus/neq; tantos vlla fragores
Vnda ciet: Medio que tellus funditur agro
Hos amnes inter/nomen tenet/vt situs illam
Flumine precinctam gemino per aperta locauit.
Non qui lanatum longo pecus educat agro/
Aut qui cornigeri ductor gregis arua pererrat/
Gramina qui pastor simis petit apta capellis/
Quiq; cauo solers committit semina sulco/
Quem Pomona iuuat/quem ramis esculus altis
Jnlicit/et pingui pendentes subere glandes/
Brachia Nisei qui palmitis ordine iusto
Digerit/aut tectis si quis dolat impiger ornos/
Vel salis in fluctus qui cimbam nauita texit/
Spreuerit hos saltus: nihil indiga subtrahit ora/
Diues humo tellus/diues iacet arbore cespes/
Jstius in Boream quicquid protenditur agri
Armenij/et vita duri sulcant Matieni:
Qua sunt flabra Noti Babylon subducitur arce
Procera in nubes/hanc prisca Semiramis vrbem
Vallauit muris/quos non absumere flamme/
Non Aries penetrare queat/stat maxima belli
Aula

Aula quoqꝫ argento/ddimus Indo dente nitescit/
Aurum tecta operit/sola late contegit aurum:
Ipsa dehinc tellus que circumplectitur vrbem/
Et procerarum fructu vernat Palmarum/
Et splendente procul Beryllo farta renidet/
Hic tamen internis Ophietidos arcis in aruis
Inter gemmiferas excrescit creber harenas/
Hinc Babylona super gemine pro finibus vrse
Cissi/Messabateqꝫ ꝛ Chalonita vagantur.
At rursum Armenie si quis pede pergat ab arce
Rupis/ꝛ eoas gressum producat in oras/
Medica prolixos spectabit regna per agros/
Horum qui gelidi succedunt plaustra Bootis
Pinguia rura tenent/sunt illic Atrapateni
Sunt Geri/ꝛ Mardi/tepidum qui rursus ad Austrū
Oram habitant Scytice deducunt semina gentis/
Nam medea ferox fuit ollis sanguinis autor/
Hec cum Pandionis letum componeret aule/
Attica qua pulchro tellus pinguescit Ilisso
Proditur/inqꝫ fugam propere conuertitur exul/
Has post in terras pingues subit Ectine/
Inseditqꝫ locos veteres/accedere Colchos
Nulla inerat menti fiducia/ deniqꝫ ab illa
Medorum soboli magice furor artis inheret.
Pars gentis rutilos Phebi que spectat in ortus
Saxa habitat/saxis excudit Narcissiten.
Qui propter dumos nemorosaqꝫ rura vagantur
In pecus intenti crebro grege pascua tondent:

f

Medica se tantos effundit gleba per agros:
Caspia vt extento contingat cespite claustra/
Hec Asie dixere fores/hiet ore quod illo
Porta quasi/⁊ longas biuium discedat in oras/
Quippe niuosa poli qua cardine vertitur arctos
Panditur Hircanis hinc ianua/ianua Persis
Hinc patet/imbriferū qua vergit mundus in Austrū.
Ecce sub immenso portarum vertice Parthi
Rura tenent/curui ne quicquā vomeris vsus
Sollicitandus ibi/non ollis cura laborq;
Aequora terrarum grauibus componere rastris/
Exercent seui se Martis semper in arma/
Sica comes lateri est/manus autem hastilia vibrat/
Demittunt Pharetras humeris/⁊ letifer arcus
Semper inest leue/neq; per compendia diras
Producunt animas / non puppibus equora sulcant/
Non proni gregibus pecoris fera vita iuuatur/
Sed quatit alipedum sola semper cursus equorum/
Pulsaq; terra gemit/discurrunt crebra per auras
Spicula/missilibus late subtexitur aer:
Quin etiam post hos amor est si discere Persas
Consimilis/solersq; trahit te cura per orbem
Has quoq; Musa tibi narrabit carmine terras/
Que liquidas vndas via deferat/atq; iugorum
Qua surgat vertex/quibus oris arua recumbant
Barbara/famosum qui Persam roboret vsus:
Quippe Asianarum primi degunt regionum/
Vita opulens genti/gazas quoq; terra ministrat/

Omnibus ꝛ largum populis producitur euum/
Diues in his mos est iam longi tempoꝛa secli
Ex quo Moeonios bello triuere cruento/
Illidunt auro vestes/ꝛ cuncta teguntur
Auro membꝛa viris/auro vestigia condunt:
Tantus Persarum dissoluit pectoꝛa luxus:
Ipsa autem tellus inclusa est montibus altis
Vndiqꝫ in Australem latus inclinatioꝛ axem/
Ac Boꝛeam longe/ longe quoqꝫ caspia claustra
Deserit/ abqꝫ Noti placida perfunditur aura:
Istius at spacijs finem dat Persicus estus:
Incoliturqꝫ solum populis tribus/vna sub arcto
Pars agit armigeris nimium contermina Medis/
Altera per medie telluris terga vagatur/
Poꝛro ad flabꝛa Noti/pelagus pꝛope/tercia degit:
Plurima pꝛeterea percurrunt flumina terram
Persidis/ ꝛ rigidas curuant labentia ripas:
Arua secat Coꝛus/perrumpit ꝛ arua Coaspes
Indica pꝛouoluens pꝛocul equoꝛa/cuius ad vndam
Incola flauentem studio sectatur Achatem/
Nam cum bꝛumali ceciderunt sideꝛe nimbi/
Imbꝛibus e celo fusis furit auctioꝛ amnis/
Hinc lapides late flumen trahit/ vndiqꝫ tellus
Circumuecta dehinc leti viret vbere campi:
Sed qua ceruleam sinus infert Persicus vndam
Gens Carmanoꝛum late colit/hunc facis oꝛtus
Vꝛit Phebee/tanto quoqꝫ funditur agro
Vt simul ꝛ glauci contingat gurgitis estum/

Et procul interne perreptet iugera terre/
Ast super hos tellus tendit Gedrosia glebam
Oceani vicina fretis/At flumen ad Indum
Auroreqꝫ latus Scyta miti proximus austro
Adcolit/australis certe Scyta dicitur iste/
Namqꝫ alij dura pulsantur desuper arcto/
Indus Caucasie prorumpens rupis ab antro
Aduersum pelago rubri procul equoris amnem
Porrigit/inqꝫ Notum recto fluit agmine aquarum/
Ora dehinc Indo duo sunt/mediumqꝫ per agrum
Insula se vasto fundit tergo Patalene
Innumeras idem dispersit flumine gentes
Oritas Aribasqꝫ/⁊ veloces Arachotas/
Satraidam infidum/vel qui per inhospita late
Discreti populi/discreti finibus agri
Arua agitant/vno sed nomine sunt Arieni:
Hi quamq̄ꝫ steriles decurrant semper harenas
Munera nec carpant cerealia / nec noua prelo
Musta premant/fuluo tamen inuenere Corallo
Pandere viuendi commertia/querere pulchre
Sapphiri latebras/⁊ preduros Adamantas.
¶ Calliope Indorum populos ⁊ regna canamus.
Vltima terrarum tellus aspergitur Indi
Fluctibus oceani/primam coquit hanc radijs sol/
Sol Hyperionius/sol magni gratia mundi/
Astrorum genitor/lucis sator/⁊ vigor ethre:
Sed genti Indorum teter color:efflua semper
His coma:liuentes imitantur crine Jacinthos:

Pars subit abrupta sola cespitis / aurea vt illis
Terrarum in latebris excudant caute metalla/
Pars telas statuunt/ z vestimenta laborant
Lintea:pars Indi procurans segmina dentis
Findit ebur/ vigilant multi qua flumina nimbis
Auget hyems/vastum vt late trahat agmen aquarũ/
Albas vt celso seiungant equore ripas
Palantes/obeunt Beryllum prona fluenta/
Nec procul internis a finibus auro Adamanta
Detulerint/his glauca dehinc tornatur Jaspis/
Nec minus z baccas alij prope marmora curuis
Excudunt conchis/pars rursum diuite cura
Herbosi lapidis venas fodit / hicq rubore
Suffusas blando querunt campis Ametystos/
Horum diues enim tellus est indica semper
Et tali scrupo cespes tumet/amnibus autem
Fertilis irriguis crebro prelambitur ora/
Extendunt celsi vaga late brachia luci/
Et vernat nemorum semper coma : Nunc tibi formã
Terrarum expediam/nunc carmine flumina fabor/
Nunc rigidos montes/nunc multe deniq gentis
Absoluam populos/latera agris vndiq in Indis
Quattuor esse tene/cocant vt z anguli ab omni
Parte sibi/ oblique claudentes extima terre/
Ceu species Rhombo est/Zephiri de partib⁹ Indus
Gurgitis occursu fit cese terminus ore:
Axe Noti rubri late salis obiacet vnda/
Flumen item Ganges fit limes cespiti eoo/

Adq3 lycaoniam cōsurgit Caucasus arcton/
Aequore qua fuso laticem prouoluitur Indus/
Dardanidum gens est/vbi magnus sorbet Hydaspes
Delapsum summa saxorum mole Acesinen/
Tertius amnis item secat agri proxima Cophes/
In medioq3 Sabe sunt cespite/ gens quoq3 Scodri
Propter agit/populiq3 dehinc velut ordine facto
Peucaneum longas exercent vomere terras/
Gargaride rursum/gens hec obnoxia Baccho
Et glebam sulcant & ritibus orgia ludunt/
Hic Hipanis/lateq3 trahens vaga terga Megarsos/
Magnus vterq3 modo dimittitur Hermodoontis/
Rupe procul fuluum prouoluunt fluctibus aurum/
Nec minus hic campos intrant Gangetidis ore
Que per flabra Noti fuso distenditur agro:
Vsq3 in celsa iacens confinia Colidis arcis:
Colis ipsa dehinc cetosi vergit in equor
Oceani/tantoq3 iugo subit etheris auras
Arceat alituum subducta vt rupe volatum/
Sed circum Gangem regio est deuota Lyeo/
Perpetuiq3 sacri talis narratur origo/
Indorum in populos fatalia Liber agebat
Prelia/vipereo late Bellona flagello
Increpuit / magno tremuerunt regna pauore
Insistente deo/venit ergo ad flumina Gangis
Discursuq3 sacro prelibat prelia Liber/
Menades extemplo maculose Nebridis vsum
Permutant clypeis/viridiq3 hastilia Thyrso

Succedunt/soluunt properantes lintea Bacche
Vincula/viroso pectus vinxere Dracone/
Pro molli vitta prorepunt crine Chelydri/
Excitoq; ferus persultat in agmine Mauors/
Dux Aquilas in bella rapit/tremit Indica tellus
Pressa pede/ & toto tonuerunt classica celo:
Ergo & Nyseos dixit gens rite recessus/
Et stata sollicito deducunt orgia ritu:
Ipse dehinc diros vbi Liber perculit Indos/
Hemodi victor conscendit verticis arces/
Effusamq; salo gentem procul aspicit omnem:
Ima iugi extantis vestigia gurgite canent
Oceani eoi/pretento deniq; Bacchus
Littore/ & extrema terrarum victor in ora
Ducit laurigeros post Indica bella triumphos/
Erigit & geminas telluris fine columnas/
Innisitq; dehinc Hismeni fluminis vndam.
¶ Has tantum gentes commendat fama per orbē/
Vile alie vulgus pecorum vice terga pererrant
Cespitis abiecti/non his aut gloria forti
Parta manu est/aut clara decus peperere metalla
Terrarum venis/habitant ignota locorum/
Semper inexpertes fame per inhospita degant
Arua procul/nullis sunt digne deniq; Musis.
At tu Phebe pater/vos clare turba Camene
Nominis Aonio famam inspirate labori.)

Vadianus tandem neuos & verrucas pro virili sustulit: Joannes
Singrenius diligenter impressit. Vienne Mense Februario
Anno. &c. Decimoquinto.

Castiganda.

In a.2. facie.1. versu.11. legendum est/mare.
a.4. facie.1. versu.18. A circumfusis.&c.
b.4. facie.2. versu.14. Flumen Halex.&c.
c.2. facie.2. versu.23. legendū Pelori: vt sit: Tota pars Pelori pulsatur flatibus vrse serenifere.i. Borea
c.2. facie.1. versu.10. Haud procul.& parum infra: Sanguinis. &c.
d.3. facie.2. versu.15. legendum . Cadusius.
d.4. facie.1. versu.14. Thocari legēdum.& parū infra: Arua vbi ferri Ditia:&c.expuncta virgula.
d.4. facie.1. versu.26. Philyresq. &c.
e.3. facie.1. versu.15. lege Elani.
e.3. facie.2. versu.18. legunt non nulli Chalbasij
e.2. facie.2. versu.13. sunt/ qui legant: Atraidas.
Uerum quia scriptoribus in locoꝝ presertim nominibus dissentientibus/ difficile est alterutrum asserere: malui hec/& alia perpauca/intenti lectoris iudicio relinquere/quā temeritatis/si quid mutauerim/ accusari.